

XX.

CONLATIO ABBATIS PINUFII

De paenitentiae fine et satisfactionis indicio

*

TWINTIGSTE GESPREK. VAN ABT PINUFIUS

Het doel van de boete en het teken van de voldoening

- | | |
|---|---|
| I. De abbatis Pinufii humilitate et eiusdem latebra | 1. De nederigheid van abt Pinufius. Hoe hij zich verborg |
| II. De aduentu nostro ad eundem | 2. Onze aankomst bij hem |
| III. Interrogatio de paenitentiae fine et satisfactionis indicio | 3. Vraag, omtrent het doel van de boete en het teken van de voldoening |
| IV. Responsio de humilitate interrogationis nostrae | 4. Antwoord over de nederigheid van onze vraag |
| V. De modo paenitentiae et indulgentiae documento | 5. De aard van de boete en het bewijs van de vergiffenis |
| VI. Interrogatio, an reminiscenda sint pro cordis conpunctione peccata | 6. Vraag: Moet men zich zijn zonden herinneren omwille van het berouw? |
| VII. Responsio, quo usque anteriorum actuum recordatio sit habenda | 7. Antwoord: Hoelang men zich zijn vroegere daden moet berinneren |
| VIII. De diuersis paenitentiae fructibus | 8. De verschillende boetevruchten |
| IX. Quod utilis sit perfectis obliuio peccati | 9. Voor de volmaakten is het nuttig hun zonden te vergeten |
| X. Quod flagitiorum recordatio sit uitanda | 10. That the memory of shameful deeds should be avoided |
| XI. De satisfactionis indicio et abolitione praeteritorum criminum | 11. On the mark of reparation and on the pardon of past misdeeds |
| XII. In quo temporaliter sit agenda paenitudo et in quo finem habere non possit | 12. Waarvoor de boete tijdelijk is en waarvoor zij geen einde kan nemen |

I. DE ABBATIS PINUFII HUMILITATE ET EIUSDEM LATEBRA

Praeclari ac singularis uiri
abbatis Pinufii
de fine paenitentiae
praecepta
dicturus
magnam materiae partem
mihi uideor
amputare,
si
humilitatis eius laudem,
quam
in quarto institutionum libro,
qui est
super instituendis renuntiantibus
titulatus,
breui sermone
praestrinxi,
lectoris fastidio
consulens
hic
silentio
praetermittam,

1. *De nederigheid van abt Pinufius. Hoe hij zich verborg*

Nu ik het onderricht
van de beroemde en bijzondere
abt Pinufius
over het doel van de boete
uiteen ga zetten,
zou ik
mijn onderwerp grotelijks
te kort doen,
als ik
zijn nederigheid niet zou loven.
Ik heb daarover al
in het kort
gesproken
in het vierde boek van de Instellingen,
dat
getiteld is:
De vorming van hen die aan de wereld verzaken.
Ik meen evenwel
dat de zorg om de lezer niet te vervelen
er mij hier
niet
aan moet doen voorbijgaan,

cum praesertim
multi
illius opusculi notitiam
non habentes
in hanc
possint incurrere
lectionem
et
omnis
dictorum
uacillet
auctoritas,
si
dicentis meritum
subtrahatur.

2. hic siquidem
cum
haud longe a Panephyssi,
Aegypti ut illic dictum est
ciuitate,
abbas et presbyter
ingenti coenobio
praesideret
tantumque
eum
omnis illa prouincia
uirtutum suarum atque signorum gloria
subleuasset,
ut
sibi iam uideretur
retributione laudis humanae
laborum suorum
recepisse
mercedem,
timens
ne
sibi specialiter inuisa
popularis fauoris inanitas
fructum praemii
uacualet aeterni,
occulte monasterium suum fugiens
ad intima
Tabennensium monachorum secreta
contendit,
ubi
non heremi solitudinem,
non singularis uitae securitatem,
quam
etiam imperfecti
quique
laborem oboedientiae in coenobiis
non ferentes
superba nonnumquam praesumptione
sectantur,
sed celeberrimo
praelegit
coenobio subiugari.

vooral omdat
velen
die dat andere werkje
niet kennen,
dit
in handen
kunnen krijgen,
en bovendien
hebben
woorden
minder
gezag
als men
de verdienste van hem die ze gesproken heeft,
verbergt.

Pinufius
stond als abt en priester
aan het hoofd
van een groot cenobietenklooster,
niet ver van Panephyssis,
een stad in Egypte,
zoals ik toen al gezegd heb.

Hij was
in heel die streek
zeer
hooggeacht
om de roem van zijn deugden en wonderen,
zodat
het hem voorkwam
dat hij het loon
voor al zijn werk
al ontvangen had
in de vorm van menselijke lof.
Vrezend
dat
die ijdele volksgunst,
waaraan hij een bijzondere hekel had,
hem van de vrucht van de eeuwige beloning
zou beroven,
vluchtte hij heimelijk weg uit zijn klooster
en trok
naar de afgelegen
woestijnen van de tabennische monniken.
Daar
zocht hij niet de eenzaamheid van de woestijn,
niet de rust van het leven alléén,
zoals
soms onvolmaakten

zich in hoogmoed aanmatigen
te doen,
omdat ze de last van de gehoorzaamheid in het
klooster niet verdragen.
Nee, hij koos
het juk van het cenobietenleven
in dat beroemde klooster.

3. ubi tamen,
 ne
 ullo
 habitus sui
 proderetur
 indicio,
 indutus ueste saeculari
 multis ut illic moris est diebus
 lacrimans pro foribus
 excubauit,
 atque
 ad omnium genua prouolutus
 post diuturna fastidia eorum,
 qui
 ad explorandum eius desiderium
 in ultima eum iam aetate
 uelut ob panis egestatem compulsus
 non sincere
 illius propositi sanctitatem
 expetisse
 dicebant,
 tandem
 ut susciperetur
 obtinuit.

ubi
 adulescenti cuidam fratri,
 qui
 hortum susceperat excolendum,
 in adminiculum
 deputatus
 cum
 non solum
 omnia
 quae
 idem praepositus
 imperasset
 uel quae
 iniuncti operis cura
 poscebat,
 cum admiratione
 tam sanctae humilitatis
 impleret,
 uerum etiam
 quaedam necessaria opera,
 quae
 propter horrorem sui
 a ceteris uitabantur,
 ita
 furtiuo per noctem labore
 perficeret,
 ut
 adueniente diluculo
 omnis illa congregatio
 tam utilium operum
 admirans
 ignoraret
 auctorem,
 cumque
 ita

Om niet
 door
 zijn kleet
 verraden te worden,
 had hij wereldse kleren aangetrokken
 en meerdere dagen verbleef hij zo
 in tranen voor de poort,
 zoals daar het gebruik is,
 en
 wierp zich aan de voeten van allen.
 Lange tijd werd hij met smaad behandeld,
 want
 men wilde zijn verlangen op de proef stellen.
 Ze zeiden hem
 dat hij op zijn oude dag
 uit verlangen naar zijn dagelijks brood
 en niet om eerlijke motieven
 dit heilig leven
 zocht.
 Uiteindelijk
 verkreeg hij toch
 dat hij werd opgenomen.

Hij werd als hulp
 toegewezen
 aan een jonge broeder
 die
 de zorg voor de tuin had.

Al
 wat
 zijn meerdere
 hem opdroeg,
 al wat
 de zorg voor het gegeven werk
 eiste,
 volbracht hij
 met een heilige nederigheid
 die de bewondering waard was.

Bepaalde noodzakelijke werkzaamheden,
 die
 door de anderen werden verfoeid
 en gemeden,
 verrichtte hij
 zelfs
 's nacht in het geheim,
 zodat
 's morgens
 de hele gemeente
 zich verwonderde
 dat dat nuttige werk was gebeurd,
 zonder te weten
 wie het had gedaan.
 Toen hij
 zo

triennium ferme
 illic
 gaudens
 desideratis
 tam iniuriosae subiectionis
 laboribus
 exegisset,
 accidit ut
 quidam frater eidem cognitus
 ex illis unde ipse discesserat
 Aegypti partibus
 adueniret.

4. qui
 cum
 de indumentorum eius atque officii uilitate
 promptissimae agnitionis facilitatem
 diu haesitans
 cohiberet,
 post explorationem manifestissimam
 ad eius genua prouolutus
 primum
 stuporem
 fratribus cunctis,
 dehinc
 prodito etiam nomine,
 quod
 apud illos quoque
 praecipuae sanctitatis fama
 uulgauerat,
 etiam dolorem conpunctionis
 incussit,
 quod scilicet
 tanti meriti et sacerdotii
 uirum
 tam iniuriosis operibus
 deputassent.

5. sed
 postquam flens ubertim
 et diabolicae inuidiae
 quasi grauem
 prodicionis suae
 inputans
 casum
 ad monasterium suum
 honorifica fratrum custodia ambiente
 perductus est,
 exiguo illic tempore
 demoratus
 rursus offensus est
 ipsis
 honoris sui ac primatus
 obsequiis
 ac furtim conscendens nauem
 ad Palaestinam
 Syriae prouinciam
 transmeauit,

vol vreugde
 bijna drie jaar
 had doorgebracht
 onder de begeerde
 last
 van die vernederende onderwerping,
 gebeurde het
 dat er een broeder die hem kende,
 aankwam,
 uit dezelfde streek van Egypte
 als waaruit ook hij was weggegaan.

Deze
 herkende hem onmiddellijk,
 maar de armzaligheid van zijn kleren en van zijn taak
 maakte het hem moeilijk
 en een tijdlang aarzelde hij.
 Doch nadat hij hem nauwkeurig had gadegeslagen,
 was het hem volkomen duidelijk
 en hij wierp zich aan zijn voeten.
 Eerst
 vervulde hij
 alle broeders
 met verbazing,
 maar vervolgens,
 toen hij zijn naam had gezegd,
 die
 ook bij hen
 om de roem van zijn grote heiligheid
 bekend was,
 met verdriet en spijt,
 dat zij
 een man
 van zo grote verdienste en een priester
 met zo een vernederend werk
 hadden belast.

Maar Pinufius
 stortte overvloedige tranen
 en schreef
 het ongeluk
 van zijn verraad
 aan de jaloezie van de duivel
 toe.
 Met een erewacht van broeders
 is hij naar zijn klooster
 teruggebracht.
 Daar bleef hij
 een tijdje,
 maar opnieuw stootte hij zich
 aan
 de achting
 om zijn eer en zijn gezag,
 en tersluiks
 nam hij de boot
 naar Palestina,
 provincie van Syrië.

ubi
 uelut incipiens atque nouicius
 in illo
 in quo nos degebamus
 monasterii receptus
 habitaculo
 in nostra cellula
 ab abbate praeceptus est
 conmanere.

Als een beginneling en novice
 werd hij opgenomen
 juist in dat
 klooster
 waarin ook wij verbleven,
 en de abt beval
 dat hij met ons in onze cel
 zou wonen.

sed
 nec illic quidem diu
 uirtutes eius ac merita
 latere potuerunt.

Maar
 ook daar
 konden zijn deugden en verdiensten
 niet lang verborgen blijven.

nam
 simili proditione
 detectus
 atque ad monasterium suum
 cum ingenti honorificentia ac laude
 reuocatus est
 [tandem
 quod erat esse
 compulsus est].

Door een soortgelijk verraad
 werd hij ontdekt
 en met grote eer en lof
 werd hij naar zijn klooster
 teruggeleid
 en tenslotte
 werd hij gedwongen
 te zijn wat hij was.

II. DE ADUENTU NOSTRO AD EUNDEM

2. *Onze aankomst bij hem*

Cum igitur
 post non longum tempus
 nos quoque
 Aegyptum petere
 sanctae institutionis desiderium
 conpulisset,
 summo
 eum
 affectu ac desiderio
 perquirentes
 tanta eius
 sumus
 gratia atque humanitate
 suscepti,
 ut
 nos
 tamquam pristinos syncellitas
 etiam cellulae suae,
 quam
 in extrema horti sui parte
 construxerat,
 honoraret hospitio.

Toen nu
 enige tijd later
 het verlangen om in het heilige te worden onderricht,
 ook ons
 ertoe had gebracht
 naar Egypte te gaan,
 zijn we hem
 gaan opzoeken
 met de grootste genegenheid
 en een vurig verlangen.
 We werden
 met zoveel
 hartelijkheid en gastvrijheid
 ontvangen,
 dat hij
 ons de eer aandeed
 ons, als zijn oude celgenoten,
 ook in zijn cel
 op te nemen,
 die hij
 achter in zijn tuin
 had gebouwd.

2. ubi
 cum
 satis ardua atque praecelsa
 cuidam fratri
 monasterii regulam subeunti
 coram omnibus in synaxi fratribus
 praecepta

Daar
 heeft hij
 aan een broeder
 die de regel van het klooster op zich ging nemen,
 voor alle vergaderde broeders
 het strenge en verheven
 onderricht

tradidisset,
 quae
 in quarto ut diximus institutionum libro
 quanta potui breuitate
 complexus sum,
 tam inconprehensibilia
 nobis,
 tam mirifica
 uerae abrenuntiationis culmina
 uidebantur,
 ut
 nullo modo
 illuc
 humilitatem nostram
 crederemus
 posse conscendere.

3. igitur
 desperatione deiecti
 et
 ipso etiam uultu
 intimam cogitationum amaritudinem
 non celantes
 ad beatum senem
 satis anxia mente
 recurrimus:

cui
 protinus
 causam tantae maestitudinis
 inquirenti
 abba Germanus
 grauiter ingemescens
 ita respondit.

III. INTERROGATIO DE PAENITENTIAE FINE ET SATISFACTIONIS INDICIO

Quanto magnificentior atque sublimior
 incognitae nobis
 sermo
 doctrinae
 iter arduum
 praecelsissimae renuntiationis
 aperuit
 et quasi remota
 oculorum nostrorum caligine
 conditum caelo
 eius culmen
 ostendit,
 tanto maiore
 desperationis mole
 deprimimur.

inmensitatem siquidem eius
 cum exiguitate nostrarum uirium
 metientes

gegeven
 dat ik
 in het reeds genoemde vierde boek van de Instellingen
 zo kort mogelijk
 heb samengevat.
 De toppen van de ware verzaking
 leken
 ons toen
 zo onbereikbaar
 en buitengewoon
 dat wij het
 voor ons, kleine mensen,
 onmogelijk
 achtten
 ze ooit
 te beklimmen.

Daarom zijn we,
 in wanhoop teneergeslagen
 en
 terwijl de verborgen bitterheid van onze gedachten
 op ons gelaat
 te lezen stond,
 met een angstig hart
 opnieuw naar de heilige oude man
 gegaan.

Hij
 vroeg
 onmiddellijk
 naar de reden van zo een droefheid;
 waarop Germanus
 met een zware zucht
 antwoordde als volgt.

3. *Vraag omtrent het doel van de boete en het teken van de voldoening*

Zo zeer als uw schitterende en hoogstaande
 toespraak,
 die een ons onbekende
 leer bevatte,
 ons de steile weg
 van de hoogste verzaking
 onthulde
 en als het ware de duisternis uit onze ogen
 verjoeg
 om ons te laten zien
 hoe hij tot in de hemel
 reikt:
 evenzeer worden wij
 door de last van de wanhoop
 terneergedrukt.

Als wij zijn grootheid
 afmeten
 aan de geringheid van onze krachten

et nimiam humilitatem ignorantiae nostrae
cum infinita uirtutis ostensae celsitudine
conferentes
paruitatem nostram
non solum
ad illam
non posse proficere,
uerum etiam
ab eo quod est
deficere posse
sentimus.

en onze uiterst nietige onwetendheid
vergelijken met
de oneindige hoogte van de deugd die u getoond hebt,
dan voelen we
dat onze kleinheid
niet alleen
onmogelijk daartoe
kan geraken,
maar zelfs
af kan vallen
van waar zij was.

2. nam
ponderibus nimiae desperationis
oppressi
quodammodo
de infimis ad inferiora
prolabimur.

Het gewicht van een uiterste vertwijfeling
trekt ons naar beneden
en we vallen
om zo te zeggen
van laag tot nog lager.

unum proinde
ac singulare praesidium
medellam
nostris
potest conferre
vulneribus,
ut
de
fine paenitentiae
et maxime
satisfactionis indicio
aliqua discamus,
ut
certi
de remissione praecedentium delictorum
possimus
etiam ad conscendenda fastigia
praedictae perfectionis
animari.

Nog slechts één
enkele hulp
kan onze
wonden
genezing
brengen:
dat wij
wat kennis zouden opdoen
over
het doel van de boete
en vooral
over het teken van de voldoening.
Dan zouden we
zekerheid
kunnen hebben
over de vergiffenis van onze vroegere zonden
en zo ook de moed kunnen vinden
om de hoogten te beklimmen
van de volmaaktheid waarover u gesproken hebt.

III. RESPONSIO DE HUMILITATE INTERROGATIONIS NOSTRAE

4. *Antwoord over de nederigheid van onze vraag*

PINUFIVS:
Delector quidem admodum
copiosis humilitatis uestrae fructibus,
quos etiam
cellulae illius
quondam
habitatione
susceptus
non incuriosa aestimatione
perspexi,
valdeque gaudeo
quia id,
quod a nobis
omnium Christianorum infimis
sola forsitan uerborum libertate

PIFUNIUS:
Ik heb genoeg
in de overvloedige vruchten van uw nederigheid,
die ik overigens
al heb waargenomen,
niet zonder grote belangstelling,
toen ik indertijd
in uw cel
te gast was.

Ik verheug mij er zeer over
dat u datgene
wat door ons,
de minste van alle christenen,
wellicht alleen werd geleerd

praecipitur,
 tanta admiratione
 suscipitis,
 ut,
 cum
 ea
 si non fallor
 haud segnus
 quam a nobis dicta sunt
 impleatis,
 cumque
 sicut memini
 labore operis uestri
 paene
 dictorum grauitas
 adaequetur,
 ita
 meritum uestrae uirtutis
 occultetis,
 tamquam si
 nulla
 ad uos
 eorum
 quae cotidie exercetis
 aura
 peruenerit.

2. sed
 quia
 id ipsum
 summa laude dignissimum est,
 quod
 uelut adhuc rudes
 incognita esse
 uobis
 ista sanctorum instituta
 testamini,
 id quod
 a nobis
 sedulo
 postulatis
 breuiter ut possumus
 complectemur.

necesse est enim
 ut
 ultra possibilitatem nostram atque uirtutem
 antiquae familiaritatis uestrae
 pareamus
 imperio.

itaque
 de paenitentiae
 exoratione uel merito
 multi
 non solum dictis,
 uerum etiam scriptis
 plurima
 uulgauerunt

omdat woorden vrij zijn,
 met zoveel bewondering
 aanneemt.

Want
 als ik mij niet vergis,
 brengt u dat alles
 met niet minder ijver
 in praktijk
 als waarmee ik het gezegd heb.

De gestrengheid van mijn woorden
 evenaart
 nauwelijks
 de inspanning van uw werken,
 die ik mij goed herinner.

Zo
 verbergt u
 de verdienste van uw deugd,
 alsof er
 geen
 zweem
 van al
 wat u dagelijks doet,
 tot u
 is doorgedrongen.

Maar
 omdat
 het juist
 zeer lofwaardig is
 dat u
 van uzelf zegt
 niet
 van die regels van de heiligen
 op de hoogte te zijn,
 als was u nog beginnelingen,
 daarom zal ik in het kort en naar best vermogen
 uiteenzetten
 wat
 u me
 met zoveel aandrang
 vraagt.

Ik ben verplicht
 om,
 boven mijn kracht en vermogen,
 aan het bevel
 van uw oude vriendschap
 te gehoorzamen.

Er is
 al
 veel
 gezegd
 en geschreven
 over de verzoenende kracht
 van de boete.

monstrantes
 quanta eius utilitas,
 quanta uirtus
 quantaque sit gratia,
 ita ut
 deo
 praeteritis facinoribus
 offenso
 iamque
 iustissimam poenam pro tantis criminibus
 inferenti,
 si dici fas est,
 quodammodo obsistat
 et quasi inuiti ut ita dixerim
 dextram suspendat
 ultoris.

uerum
 haec omnia
 uobis
 uel pro sapientia naturali
 uel pro indefesso
 sacrarum studio litterarum
 ita
 cognita esse
 non ambigo,
 ut
 de his
 prima plantatio uestrae conuersionis
 inoleuerit.

denique
 non de paenitentiae qualitate,
 sed de eius fine ac satisfactionis indicio
 solliciti
 id
 quod ab aliis praetermissum est
 sagacissima interrogatione
 disquiritis.

V. DE MODO PAENITENTIAE ET INDULGENTIAE DOCUMENTO

Quapropter
 ut
 omni breuitate atque compendio
 propositionis uestrae desiderio
 satisfiat,
 paenitentiae
 plena et perfecta
 definitio est,
 ut
 peccata,
 pro quibus
 paenitudinem gerimus
 uel quibus
 nostra conscientia remordetur,
 nequaquam ulterius

Men heeft haar nut
 aangetoond:
 hoe grote deugd zij is
 en hoe grote genade.

Als ik zo spreken mag:
 zij verzet zich in zekere zin
 tegen God
 die door het gedane kwaad
 was beledigd
 en op het punt stond
 een rechtvaardige straf voor zoveel zonden
 op te leggen,
 zij weerhoudt
 als het ware ondanks Hemzelf
 de arm van zijn wraak.

Maar
 dit alles
 is u
 zonder twijfel

bekend,
 door uw natuurlijke wijsheid
 en door uw onvermoeibare
 studie van de heilige Schrift;

de plant van uw eerste bekering
 moet daaruit
 zijn opgegroeid.

Trouwens,
 uw vraag betreft
 niet de hoedanigheid van de boete,
 maar haar doel en het teken van de voldoening;
 zeer scherpzinnig
 vraagt u juist
 naar datgene
 wat de anderen ter zijde hebben gelaten.

5. De aard van de boete en het bewijs van de vergiffenis

Om
 kort en krachtig
 aan het verlangen van uw vraag
 te voldoen:
 een volledige en afdoende definitie
 van de boete
 is deze:
 dat men
 zich volstrekt niet meer
 schuldig maakt
 aan de zonden
 waarover
 men berouw heeft
 en

admittamus.

indicium uero
satisfactionis et indulgentiae
est
affectus eorum quoque
de nostris cordibus
expulisse.

2. nouerit enim unusquisque
necdum
se
peccatis pristinis
absolutum,
quamdiu
ei
satisfactioni et gemitibus incubanti
uel illorum quae egit
uel similibus criminum
ante oculos
imago
praeluserit
eorumque
non dicam oblectatio,
sed uel recordatio
infestauerit
mentis arcana.

itaque
tunc se
is qui pro satisfactione peruigilat
criminibus
absolutum
ac de praeteritis admissis
ueniam percepisse
cognoscat,
cum
nequaquam
cor suum
eorundem uitiorum
inlecebris
senserit
uel imaginatione
perstringi.

3. quamobrem
uerissimus quidam examiner paenitentiae
et index indulgentiae
in conscientia residet nostra,
qui
absolutionem reatus nostri
ante cognitionis et iudicii diem
adhuc nobis in hac carne commorantibus
detegit
et finem satisfactionis
ac remissionis gratiam
pandit.

een knagend geweten.

Het teken
van de voldoening en vergiffenis vervolgens
bestaat hierin,
dat men ook de gehechtheid aan die zonden
uit zijn hart
verdreven heeft.

Want laat iedereen weten
dat hij
nog niet
van zijn vroegere zonden
ontslagen is,
zolang
hem
bij al zijn zuchten en boeten
nog het beeld
voor de ogen
zweeft
van de zonden die hij gedaan heeft
of soortgelijke,
en zolang nog,
ik zeg niet het behagen,
maar zelfs de herinnering eraan
het binnenste van zijn geest
onveilig maakt.

Zo
wete dus
iemand die op de voldoening uit is,
dat hij
van zijn zonden
is ontslagen
en vergiffenis van zijn begane misslagen
heeft ontvangen
zodra hij
zich
niet meer
geraakt
voelt
door de verlokking
of zelfs de verbeelding
van die vroegere zonden.

Er is dus
een zeer nauwkeurige wijzer van de boete
en meter van de vergiffenis
in ons geweten,
die ons nog
vóór de dag van de kennis en het oordeel,
terwijl we nog in dit vlees verblijven,
de kwijtschelding van onze schuld
aangeeft
en ons het eindpunt van de voldoening
en de genade van de vergeving
doet kennen.

et ut
 haec eadem quae dicta sunt
 significantius
 exprimantur,
 tum demum
 praeterita
 nobis
 uitiorum contagia
 remissa
 credenda sunt,
 cum
 fuerint
 de corde nostro
 praesentium uoluptatum
 desideria pariter
 passionesque
 depulsae.

VI. INTERROGATIO, AN REMINISCENDA SINT PRO
 CORDIS CONPUNCTIONE PECCATA

GERMANUS:
 Et unde
 nobis
 gigni poterit
 humiliationis
 tam sancta salutarisque conpunctio,
 quae
 ex persona paenitentis
 ita describitur:
*peccatum meum cognitum feci,
 et iniustitiam meam non operui.
 dixi:
 pronuntiabo
 aduersus me
 iniustitiam meam
 domino,*
 ut
 illud quoque quod sequitur
 efficaciter
 dicere mereamur:
*et tu remisisti
 impietatem cordis mei,*
 uel
 quemadmodum
 in oratione prostrati
 nosmet ipsos
 ad confessionis lacrimas
 ualebimus excitare,
 per quas
 delictorum ueniam
 consequi mereamur
 secundum illud:
*lauabo per singulas noctes lectum meum:
 in lacrimis stratum meum rigabo,*
 si
 peccatorum nostrorum memoriam
 de nostris cordibus

Om
 het
 duidelijker
 uit te drukken:
 we mogen
 slechts dan
 geloven
 dat de smet
 van onze vroegere zonden
 vergeven is,
 wanneer
 het verlangen
 naar de lusten van dit leven,
 en zelfs de indruk die zij kunnen maken,
 uit ons hart
 verdreven
 zijn.

6. Vraag: Moet men zich zijn zonden herinneren
 omwille van het berouw?

GERMANUS:
 Maar waar
 zullen wij dan
 het zo heilige berouw
 en de verlossende vernedering
 vinden,
 die
 aldus beschreven worden,
 in de mond van hem die boete doet:
*Ik heb mijn zonde bekend gemaakt
 en ik heb mijn ongerechtigheid niet bedekt.
 Ik heb gezegd:
 Ik wil tegen mij
 aan de Heer
 mijn ongerechtigheid
 bekennen,*
 om zo ook
 in waarheid
 te mogen zeggen
 wat daarop volgt:
*En Gij hebt de slechtheid van mijn hart
 vergeven (Ps. 31,5-6)?*
 En
 hoe
 zouden wij ons
 in het gebed kunnen vernederen
 en tranen van berouw
 in ons opwekken,
 waardoor wij
 vergiffenis van zonden
 verkrijgen,
 zoals er geschreven staat:
*Elke nacht besproei ik mijn sponde,
 bevochtig mijn kussen met tranen (Ps. 6,7),*
 als wij
 de herinnering aan onze zonden
 uit ons hart

extrudamus,
quam
iubemur e contrario
tenaciter custodire
dicente domino:
*et iniquitatum tuarum non recordabor.
tu uero memento ?*

2. ob quam rem
non solum operans,
uerum etiam orans
ad peccatorum meorum recordationem
mentem meam
etiam de industria
reuocare
contendo,
ut
ad humilitatem ueram
et contritionem cordis
efficacius
inclinatus
audeam dicere cum propheta:
*uide
humilitatem meam,
et laborem meum:
et dimitte
omnia peccata mea.*

VII. RESPONSIO, QUO USQUE ANTERIORUM ACTUUM
RECORDATIO SIT HABENDA

PINUFIVS:
Interrogatio uestra,
ut supra iam dictum est,
non de paenitentiae qualitate,
sed de eius fine
proposita est
et de satisfactionis indicio:
ad quam
congrue ut arbitrator consequenterque
responsum est.

ceterum
hoc quod
de peccatorum recordatione
dixistis
utile satis ac necessarium est,
sed adhuc agentibus paenitentiam,
ut
cum iugi pectoris sui contusione
proclament:
*quoniam iniquitatem meam
ego agnosco:
et peccatum meum
contra me est semper,*
illud etiam:
et cogitabo

uitsluiten?
We moeten integendeel
die herinnering
hardnekkig vasthouden,
want de Heer zegt:
*En Ik zal uw zonden niet meer gedenken;
maar gij, denk eraan (Jes. 43,25-26 LXX).*

Daarom
tracht ik
niet alleen bij het werk,
maar zelfs in het gebed
met opzet
de herinnering aan mijn zonden
in mijn geest
op te roepen,
om aldus,
beter
tot ware nederigheid
en rouwmoedigheid van hart
geneigd,
met de profeet te durven zeggen:
*Zie neer
op mijn vernedering
en ellende,
en vergeef mij
al mijn zonden (Ps. 24,18).*

7. *Antwoord: Hoelang men zich zijn vroegere daden
moet berinneren*

PINUFIVS:
uw vraag,
zoals we al gezegd hebben,
betreft
niet de hoedanigheid van de boete,
maar haar doel
en het teken van de voldoening.
Ik heb hierop,
naar ik meen, passend en beredeneerd
geantwoord.

Wat u nu
zegt
over het zich herinneren van zijn zonden:
dat is nuttig en nodig
voor degenen die nog boete doen,
opdat ze
zich voortdurend op de borst kloppen
en zeggen:
*Ik ben mij
mijn misdaad bewust,
en mijn zonde
staat mij steeds voor de geest (Ps. 50,5),*
en eveneens:
Ik ben bekommerd

pro peccato meo.

dum ergo
 agimus paenitentiam
 et adhuc
 uitiosorum actuum recordatione
 mordemur,
 necessarium est
 ut
 ignem conscientiae nostrae
 obortus
 ex confessione culparum
 lacrimarum imber
 extinguat.

2. cum uero
 cuiquam
 in hac humilitate cordis
 et spiritus contritione
 defixo
 atque in labore et gemitu
 perduranti
 horum recordatio
 fuerit consopita
 et conscientiae spina
 de medullis animae
 gratia dei miserantis
 euulsa,
 certum est
 eum
 ad satisfactionis finem
 atque indulgentiae merita
 peruenisse
 et ab admissorum criminum labe
 purgatum.

ad quam tamen obliuionem
 non alias peruenitur
 nisi per
 oblitterationem
 uitiorum atque adfectuum
 pristinorum
 et perfectam
 cordis
 atque integram puritatem.

quam
 sine dubio
 nullus eorum
 qui
 per ignauiam seu contemptum
 uitia sua purgare
 neglexerint
 adsequetur,
 nisi
 qui
 per gemitus atque suspiria
 maesta iugitate continuans
 omnem

over mijn zonde (Ps. 37,19).

Zolang we dus
 boete doen
 en nog
 gekweld worden
 door de herinnering aan ons kwaad,
 moet
 een vloed van tranen,
 die voortkomt
 uit de belijdenis van onze schuld,
 het vuur van ons geweten
 blussen.

Maar wanneer
 bij iemand
 die volhardt
 in de nederigheid
 en rouwmoedigheid van hart
 en voortdurend
 zwoegt en zucht,
 deze herinnering
 verdwenen is
 en de doorn van het geweten
 door de genade van de barmhartige God
 uit het merg van de ziel
 is uitgetrokken,
 dan mag hij er
 zeker van zijn
 dat hij aan het eindpunt van de boete
 is gekomen
 en vergiffenis heeft mogen krijgen
 en gezuiverd is
 van de smet van zijn bedreven zonden.

Maar tot dat vergeten
 komt men niet anders
 dan
 door zijn ondeugden
 en vroegere gehechtheden
 te doen verdwijnen
 en door de volkomen,
 totale zuiverheid
 van hart.

Wie
 uit luiheid of verachting
 nalaat
 zich van zijn ondeugden te zuiveren,
 zal daartoe
 ongetwijfeld
 niet komen,
 doch alleen hij
 die
 door zuchten en zwoegen
 en ononderbroken treuren
 elke

sordium pristinarum
excoxerit
labem
et uirtute animi atque opere
proclamarit ad dominum:

3.

*delictum meum
cognitum feci,
et iniustitiam meam
non operui,*

et:

*fuert mihi
lacrimae meae panis
die ac nocte,*

ut

consequenter
mereatur audire:

*quiescat uox tua a ploratu,
et oculi tui a lacrimis:
quia est merces operi tuo,
ait dominus,*

illud quoque similiter
ad eum
uocem domini
dirigatur:

*deleui ut nubem
iniquitates tuas,
et quasi nebulam
peccata tua,*

et iterum:

*ego sum, ego sum
qui deleo iniquitates tuas
propter me,
et peccatorum tuorum
iam non recordabor.*

et ita

*funiculis peccatorum suorum,
quibus
unusquisque constringitur,
absolutus domino
cum omni gratiarum actione
cantabit:*

*disrupisti uincula mea:
tibi sacrificabo
hostiam laudis.*

VIII. DE DIUERSIS PAENITENTIAE FRUCTIBUS

Post

illam namque generalem
baptismi gratiam
et illud pretiosissimum
martyrii donum,
quod
sanguinis ablutione

smet

van zijn vroegere kwaad
verwijdert,
die met heel zijn ziel en uit het diepst van zijn hart
tot de Heer roept:

*Ik heb mijn zonde
bekend gemaakt
en mijn ongerechtigheid
niet bedekt" (Ps. 31,5);*

*de tranen
waren mijn brood,
dag en nacht (Ps. 41,4);*

om

in antwoord daarop
te mogen horen:

*Laat uw stem ophouden te jammeren
en uw ogen afdalen van de tranen,
want er is troost voor uw tobben,
zegt de Heer (Jer. 31,16).*

En ook dit
wordt hem
gezegd

door de stem van de Heer:

*Als een wolk
heb Ik uw misdaden weggevaagd,
als een nevel
uw zonden (Jes. 44,22).*

En eveneens:

*Ik, ik zelf
delg uw misdaden uit
om mijnentwil,
en Ik zal uw zonden
niet meer gedenken (Jes. 43,25).*

En zo

zingt hij,
door de Heer ontdaan
van de banden van zijn zonden
waarin
eenieder is verstrikt (Spr. 5,22),
in alle dankbaarheid:

*Gij hebt mijn boeien verbroken;
ik zal U
een offer van lof brengen (Ps. 115,16-17).*

8. De verschillende boetevruchten

Naast

de algemene
genade van het doopsel,
en naast de aller kostbaarste
gave van het martelaarschap,
die
door de afwassing met bloed

conquiritur,
multi sunt
paenitentiae fructus,
per quos
ad expiationem criminum
peruenitur.

non enim tantum
simplici illo
paenitentiae
nomine
salus aeterna
repromittitur,
de qua
beatus apostolus Petrus
paenitemini,
inquit,
et conuertimini,
ut deleantur
peccata uestra,
et Iohannes Baptista
uel ipse dominus:
paenitentiam agite:
adpropinquauit enim
regnum caelorum,
sed etiam
per caritatis affectum
peccatorum moles
obruitur:
caritas
enim
operit multitudinem peccatorum.

2. similiter
etiam per elemosynarum fructum
uulneribus nostris
medella
praestatur,
quia
sicut aqua extinguit ignem,
sic elemosyna extinguit peccatum.

ita
et per lacrimarum profusionem
conquiritur
ablutio delictorum:
lauabo
enim
per singulas noctes
lectum meum:
in lacrimis
stratum meum rigabo.

denique subiungit
ostendens
non inaniter
eas
fuisse profusas:
discedite a me

wordt verkregen,
bestaan er
vele boetevruchten
waardoor men
tot de verzoening van zijn zonden
komt.

Het eeuwig heil
wordt niet alleen
beloofd
aan wat men zonder meer
de boete
noemt, -
waarvan
de zalige apostel Petrus
zegt:
Doet boete
en bekeert u,
opdat uw zonden
worden uitgewist (Hand. 3,19);
en Johannes de Doper,
of de Heer zelf:
Doet boete,
want het Rijk der hemelen
is nabij (Mt. 3,2) - :
ook
door de genegenheid van de liefde
verdwijnt
een zondelast
want
de liefde
bedekt tal van zonden (1Pt. 4,8).

De vrucht van de aalmoezen
geeft
eveneens
een geneesmiddel
voor onze wonden,
want
zoals water het vuur uitblust,
zo blust de aalmoes de zonde (Sir. 3,33).

Voorts
kunnen
de tranen
het kwaad uitwissen
:
Elke nacht
besproei ik
mijn sponde,
bevochtig ik mijn kussen
met tranen (Ps. 6,7).

Daar voegt hij aan toe,
om te laten zien
dat die tranen
niet voor niets
gestort waren:
Gaat weg van mij,

*omnes qui operamini iniquitatem:
quoniam exaudiuit dominus
uocem fletus mei.*

*gij allen die ongerechtigheid doet,
want de Heer heeft mijn schreien
gehoord (Ps. 6,9).*

3. nec non
per criminum confessionem
eorum ablutio
condonatur:

dixi

enim:

*pronuntiabo aduersus me
iniustitiam meam domino:
et tu remisisti
inpietatem cordis mei,*

et iterum:

*narra tu iniquitates tuas prius,
ut iustificeris.*

per adflictionem quoque
cordis et corporis
